

1519. i. 25. Julij

Ex ms. Bibl. Latini.

243

Sigismundus Primus Rex Poloniae ^{S.A.S.}
Erasmio Episcopo Ploceusi Oratori
apud Papam Leonem X.

55


Quod in Christo Pater sincere nobis dilecte. Scripsit
vobis v^{ra} Paternitas. Sincerissimum Dⁿⁱum V^{ri}m
causa parandar^{um} rer^{um} v^{ra}ar^{um} velle Muniti^{um} su^{um} in
Moscovia^m mittere, qui iuxta Instructionem eius S^{an}
ctitatis curaret pacem inter vos et Ducem illum con-
stitueret. Quem affectum, et Studi^{um} de rebus V^{ris} eius
S^{an}ctis habemus longe gratissimum, ac agimus illi gra-
tias quas possumus ampliores. Verum nos cognitos
habentes mores gentis, et Ducis illius, apud quem
Personae Spirituales parvae sunt existimationis, et re-
ligiosi adhuc minoris. Volumus ut roget v^{ra} Paterni-
tas illius S^{an}ctitatem, quo Munitium mittat Perso-
nam Secularem, si velit quodpiam per eum boni effi-
ci, et haec potissimum causa fuit quare nos censui-
mus et scripsimus V^{ra} P^{ri}ti ut religiosus huc non
mitteretur, alioqui fratrem Nicolaum Schonbergum
libenter vidissemus, et nullum magis idone^{um} arbi-
traremur. Tamen si illius S^{an}ctitati visum foret
commodius personam Spirituale^m mittere, nos etiam
id boni consulimus, utcumq^{ue} melius esset secula-
rem, dummodo id fiat otius. Nos vero quando huc
venerit, de viaticis et rebus omnibus necessariis illi
providebimus S^{an}ctissimo vero D^{no} V^{ro} hanc cu-
ram paternam omni studio, et obsequiis V^{ris} re-
seremus.

Ceterum quia iam electus est Imperator, et nonis, cuius
gratia illius S^{an}ctitas de confirmatione pacis et concordie
Prutenica rem distulerat, agat v^{ra} P^{ri}tas apud
eius S^{an}ctitate^m quo tandem Nobis justissimam rem
et paci communi summo necessariam potentiam
annuere

516.

annuere dignetur, et profecto sua Scititas nulla recta ratione nobis id negare debet, nam quae confirmatione ipsa impediret, his coram Iudice nulla pendet, et quae extra Iudicium humana cupiditate orta sunt similitates hac ratione compescentur, quod ut fiat Sanctitatem suam officium suum, et utilitas publica hortari debet, cum enim bella pactis et conditionibus latis fere finem accipiant, exigit communis utilitas, ut quae pacta sunt, etiam si parum aequa fuerint observentur, ne velut caput hydre unius belli finis plurimorum sit initium, maxime cum pacis et concordiae observatio non solum de Iure gentium sit, sed et divino, unde dubium non est inita concordiam solo partium consensu rata esse, confirmari autem vel ex partium voluntate, vel etiam ea non accedente sola superioris auctoritate posse in Urbe quidem perpetua pace utcumque concurrere, et partium consensus, et auctoritas Superioris per Legatum interposita demum et voluntas partium ad prioris Consensus, et concordiae confirmationem unde omnino existimamus, ab una tantum partium petita confirmationem denegari non debere. Cum enim in ipsa confirmatione, antea Legati Applii auctoritas interceperit, partesque ad maiorem cautelam confirmationi faciendae per pactum dispositivum consenserunt Sanctas Domini Nri cuius officij est pacem fovere et dissidentes ubi imminet Republicae turbatio, vel inuitos ad pacem compellere qua ratione iam firmate pacis confirmationem negabit? Populare est per Germania et Polonia, ut in privatis factionibus quae per vim extorta sunt promissiones in latronum captura, et ludis etiam tanquam legitime habeantur ad maiora mala vitanda, quid igitur in tali pace faciendum, a qua sine multorum exitio

245
7019
exitio discedi non potest. In ea tamen,
si qua capitula tanquam illicita Sincerita:
tati suae displicuerunt, parum inter:
est, si ea tanquam reprobata ex certa sci:
entia, et ejus motu proprio tollantur,
approbata alijs cum utile perinuti:
le non vicietur, quod etiam magis
convenire putamus rebus nostris, quod si
ipsi in illarum cassationem consenti:
remus. His ac alijs rationibus vestra
Paternitas inducere Sinceritatum Do:
minationum nostrarum curet ad confir:
mationem ipsam, agatque id totum
quantum potest secretissime, nulli rei
et impensi parcendo. Nam si id nobis
illius sinceritas denegabit, nos qui
continue per Magistrum Prussiae
lacepsimur, varijs et multiplicibus mo:
dis, quibus subditos nostros premit, et
infestat, non poterimus ulterius ferre,
et quod hactenus causa illius Sincerita:
tij fecimus, et illi per fratrem Nico:
laum Schonbergum promisimus a:
bello gerendo continere nos nequibi:
mus, quod proculdubio universa vi:
cina Regna et Dominia sic invi:
cem



556.
in vicem commonebit, ut haec turba
difficilime deinde sisti poterit. Itaque
vestra paternitas diligentiam adhi-
beat, ut id apud illius sinceritatem
obtinere possit, quod alioquin ipsa sua
sponte causa publici boni et quietis
facere deberet. Referemus hanc ope-
ram vestrae paternitati abunde gra-
tia et beneficentia nostra Regia,
quae bene valeat. Cracoviae 25.
Julij. et 519.

Sigismundus Rex.